



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618


§. 1. Congregationes aliæ circa dogma, & reformationem in Synodo
habitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)



585
 586
 588

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ *LIBER CLXIII.*



PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,
 FERD. I. OCC. IMP.

§. I.

Congregationes aliae circa dogma, &
 reformationem in Synodo habitæ.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Tridentini Patres adhucdum congre-
 gati in Conventu, quem anno prio-
 ri trigesima Decembris die habe-
 bant, demum decreverunt, quindecim

Att. Conc.

Trid. Nicol.

Psalm. p. 360.

Hist. Ecclesiast. Tom. XLVI.

A ad-

Sæcul. XVI. adhuc dierum intervallum esse exspe-
A.C. 1563. ctandum, donec proximæ sessionis tem-
 pus præfigeretur : interea vero conti-
 nuatæ fuerunt Congregationes, in qui-
 bus pro more quæstiones ibidem de-
 cidendæ tam circa dogma, quam circa
 reformationem discuterentur.

Die prima Januarii Anno reparatæ
 salutis millesimo quingentesimo sexage-
 simo tertio in Festo Circumcisionis Do-
 mini præsentibus omnibus Prælatis res
 divina peragebatur, ubi sacrum sole-
 mniter decantavit Nicolaus Psalmæus
 Virodunensis Episcopus, sermonem ve-
 ro peroravit Robertus Furnierus Doctor
 natione Gallus : altera vero die, quæ
 erat Sabbathum, rurus convenerunt Pa-
 tres, atque Moya de Conteras Episco-
 pus Vicensis, & Arrias Gallego Gerun-
 densis Episcopus, necnon Antonius Gar-
 rionerus Almeriensis Antistes in hac
 congregatione cum magna eruditionis
 laude suas sententias edicebant, & qui-
 dem inter eos Arrias vehementer de-
 clamabat adversus ambitiosos Præsu-
 les, qui potissimum vitæ suæ partem
 aut in Pontificis, aut aliorum Princi-
 pum Aulis transfigunt, eo fine, ut ibi-
 dem pinquiora aucupentur beneficia,
 quæ licet ab eis impetrata, nondum ta-
 men eorum cupiditatem satiare va-
 lent: Almeriensis vero Episcopus pro-
 posuit

posuit, Pastores teneri ex juris divini Sæcul. XVI.
 præcepto residere: quam in rem cita-
 vit S. Athanasium in quadam Epistola
 ad Episcopos Sardiniæ, ubi Sanctus hic
 Pater ait, quod ne paulisper quidem
 abs necessitate abesse fas sit, & tamdiu
 Episcopi teneantur residere, quamdiu
 oves egent præsentia pastoris, fere au-
 tem semper egere censeantur: porro
 die Dominica tertia Januarii nonnisi
 tertia post meridiem hora celebrata fuit
 congregatio, in qua perorabant Petrus
 Faunus Costacciarius Aquensis, & Joa-
 nes Carolus Bovius, Ostunensis Epis-
 copus, quorum primus accedebat sen-
 tentiæ eorum, qui juris divini esse re-
 sidentiam tuentur, atque in hujus op-
 nionis firmitatem multos auctores al-
 legabat, inter illos vero præcipue Inno-
 centium III. Papam, qui idipsum in quo-
 dam decreto afferuit.

§. II.

*Aliæ Congregationes circa residentiam,
 & institutionem Episcoporum.*

Postea Hugo Boncompagnus, Episco- Nicol. Psal.
 pus Veltanus, prolixius differuit, ut *i. c.*
 probaret, Episcopo non licere per no-
 tem abesse a sua Diœcesi sine Supe-
 rioris licentia: Bernardinus vero Del-
 bene patria Florentinus, Episcopus Ne-
 mausensis pronuntiabat, sententiam,

A 2 quæ